



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

Tempus
Concilii.

^c *Pelagii II. anno 18.*] In fine actorum Concilii scribitur, hanc Synodum anno duodecimo Guntramni regis celebratam esse; sed mendose & depravate. Nam si (vt ibi legitur) decima quinta indictione habita fuerit, non duodecimo, sed decimo octavo Guntramni regis, eam celebratam esse dicere oportet. Nec est quod quis eam reuocet ad præcedentis indictionis periodi itidem decimam quintam indictionem: nam illis temporibus Nicetius præerat ecclesiam Lugdunensi: hoc autem tempore & indictione regebat eam ecclesiam Priscus, qui huic Synodo subscriptus infra inuenitur.

ANNO
CHRISTI
581.

Can. 5.

^d *Vt nullus clericus sagum, &c.*] Hoc Canone sustulerunt prauum illum usum clericorum, qui factione Salonii & Sagittarii episcoporum, de quibus supra in notis Concilii Cabilonenfis, irrepserat.

Can. 9.

^e *Vt feria sancti Martini, &c.*] Huiusmodi ieiunia in Galliis a sancto Perpetuo Turonensi episcopo primum instituta fuisse, docet Gregorius eiusdem ecclesie antistes libro 10. hist. Franc. cap. 31. vbi inter alia ieiunia a depositione, inquit, *sancti Martini vsque ad natalem Domini, terna in septimana ieiunia.* Fluxit inde vt nonnulli fidelium integrum tempus aduentus, quod natalem Domini diem præcedit, ieiunio continuato transigerent.

Can. 14.

^f *Vt Iudeis a cæna Domini, &c.*] Vide quæ hac de re notauimus supra Can. 28. Concilii Aurelianensis III.

CONCILIVM LVGDVNENSE III.

ANNO
CHRISTI
583.

SVB GVNTRAMNO REGE ANNO REGNI
eius XXII. mense Maio celebratum, id est ¹ anno Christi
DXXCIII. Pelagii II. papæ VI. Chilperici regis XXII.

*b Anno
Christi
DXXCIII.
vt Binini
putat.

TITVLI CANONVM.

- | | | |
|--|-----------|---|
| I. <i>Vt episcopi, presbyteri, & diaconi, extraneas feminas domi non habeant: & qui coniugati ordinantur, ab vxoribus sequestrantur.</i> | recedunt. | IV. <i>De incestis coniunctionibus.</i> |
| II. <i>De epistolis captiuorum caute examinandis & conscribendis.</i> | | V. <i>Vt episcopi natale Domini, & pascha extra ecclesiam suam non celebrent.</i> |
| III. <i>De puellis quæ a monasterio</i> | | VI. <i>De leprosis cuiusque ciuitatis & territorii, vt episcopi eorum curam gerant.</i> |

CANONES.

I.

MVLTa quidem anterioribus temporibus venerabilium patrum sanxit auctoritas: nunc